

doctoribus agitur, ordine quo supra. Contra primos predicatores^y Iudeo-
 515 rum consurrexerunt heretici, *qui de secta^z Phariseorum crediderant*^{a101} et^b
 prolapsi pseudoapostoli facti sunt¹⁰², contra secundos Nicholaite¹⁰³, contra
 tertios Arriani, contra quartos Moamechite^c, contra quintos Paterini^d,
 contra sextos pseudoprophete¹⁰⁴, quorum adhuc vocabulum latet, et novis-
 sime Antichristus cum ministris suis. Septimus vero angelus cum tuba
 cecinerit, consummabitur misterium^e dei.

[De^f quarto ordine etc. et de muliere et dracone et bestiis et bello illo-
 520 rum^f] Quartus ordo ecclesie^g heremitarum et virginum in utroque sexu, et
 idcirco quarta libri parte de virginibus agitur. Hic^h inchoatus est aⁱ virgine
 et filio eius. Datus est autem Iohannes^k loco Christi Marie^l in filium¹⁰⁵,
 quia futurum erat, ut^m ordo virgineusⁿ in utroque sexu^o convalesceret.
 525 Habes^p ergo mulierem amictam sole¹⁰⁶, que ecclesiam significat virginum,
 inchoatam a^q Maria quoad^r feminas, a Christo et in Christo a^s Iohanne^s
 quoad filios^t virginis. *Draco* diabolus, septem^u capita^v eius habentia^v *septem*
*diademata*¹⁰⁷ septem sunt reges^w, de quibus in sexta parte dicitur: *Et reges*
*septem sunt*¹⁰⁸, *decem* vero *cornua decem reges*¹⁰⁹ futuri^x sub eodem tempore
 530 regnaturi. Nota verbum et tempus. Angeli^y draconis^{z110} persecutores^a mar-
 tirum. Michael Petrus, et Michael in Petro, sicut diabolus in Herode¹¹¹. Ipse
 enim^b primum fuit caput draconis. Angeli^c Michaelis martyres^d sancti^e.

y) *folgt* sive doctores D. z) de sexta B; sectam AC; secte DE. a) crediderunt D.
 b) *fehlt* E. c) Machometite D; Machometiti E. d) Patarini D; Patareni E.
 e) ministerium B. f-f) *fehlt* ABCE. g) *folgt* est B. h) *fehlt* E. i) *folgt* beata
 Maria E. k) *folgt* evangelista E. l) virgini E. m) uti AC. n) virginum
 E. o) sextu E. p) habemus BD. q) *folgt* beata E. r) quantum ad DE.
 s) ihesu D. t) filium AC. u) *fehlt* DE. v-v) caput eius habens DE. w) vir-
 gines B. x) *folgt* sunt et D; *folgt* et E. y) *folgt* et AC. z) *folgt* sunt D. a) per-
 secutoris AC. b) *folgt* herodes D. c) *folgt* et AC. d) martirum B. e) sunt
 B; *folgt* de quibus dicitur BDE.

¹⁰¹) Act. 15,5.

¹⁰²) *vgl.* Hebr. 6,5f.; 2. Cor. 11,13.

¹⁰³) *vgl.* Apoc. 2,6.15.

¹⁰⁴) *vgl.* Apoc. 19,20.

¹⁰⁵) Ioh. 19,26.

¹⁰⁶) Apoc. 12,1.

¹⁰⁷) Apoc. 12,3.

¹⁰⁸) Apoc. 17,9.

¹⁰⁹) Apoc. 12,3; 17,12.

¹¹⁰) Apoc. 12,7ff.

¹¹¹) *vgl.* Act. 12,1ff.; Apoc. 12,7.